



Reverendissimo Perillustri ac Amplissimo

DOMINO DOMINO

A L B E R T O

Ordinis S. Benedicti Celeberrimi Mona-
sterii ad S. PAULUM in Carinthia Vallis
Lavatinae

A B B A T I

Vigilantissimo Archidiacono ad S. LAURENTIUM in
Eremo & Möchling, Sacrae Cæsareæ Majestatis nec non
Celsissimorum Principum Archi-Episcopi Saliburgensis &
Episcopi Bambergensis

C O N S I L I A R I O ,

Provinciæ Carinthiacæ Majoris Consiliij

D E P U T A T O

Congregationis Benedictino-Salisburgensis

A S S I S T E N T I M E R I T I S S I M O

Domino Domino meo Gratiostissimo.

ETiam in Morte ad obsequia, & honores tuos
tuus esse cupio Praeful Reverendissime &c. Huius
Theatrum tragicis undique scenis, atque actibus
angustiatum hactenus, ad spem Patrocinij tui
in

in plausus & iubilos solvitur. Benedictus eorum Parens es,
qui prodigiosum, ac gloriosum Doctoris Gentium Pauli
æmulati charisma, vivunt mortui, & moriuntur vivi,
dum sibi, & mundo erepti fælicissimo fatô Vitam Domini,
animamque induunt, *Arbori Vitæ Crucifixi Salvatoris JEsu*
complantati. Has cunas, & sarcophagos suasura filijs sæculi
Mors, orchestram hanc instruxit; in qua dum suimet ipso-
rum (miserandorum profecto Tragædorum) Spectatores
existunt; ora flectibus, corda singultibus, tensionibus
pectoris, animam saltari dolore replentes, in se & ad Deum
revertantur, nè æternum totô cælô aberrent. Tuò igitur Pa-
trociniò *Theatrum* hoc *Mortis* instructum, atque firmatum
parens evadet fæcundissima Propheticorū illorum theatro-
rum, vbi in campis & pratis inter rosas & fæni flores extin-
ctæ animæ afflante Domini Spiritu reviviscant, suam hanc
Anastasim beatissimam in acceptis *Tibi* referentes, verè
Patri multarum gentium. Ita opto, spero, & supplico

Reverendissimæ Dominationis Tuæ

Wagenspergi in Carniola

24. Aprilis 1682.

Obsequentissimus

Joannes Weichardus
Valvasor.

An

orum Pago
Genitum
monstrans
Vnam Dom
i Salvatoris
alora filia
sum suum
um) Specie
us, tunisi
in se & ad
en. Huius
atque huius
illorum
exi flues
cant, juan
referunt
, & supp

onis

entrum
moris Valerii
Valerii

